

Theodorum lapsum, et habetur de Pœnitentiâ, dist. 3, ubi cùm dixisset: « Talis est erga homines pietas Dei: nunquàm spernit pœnitentiam, si ei sincerè et simpliciter offeratur, etiamsi quis ad summum perveniat malorum. » Quod statim exemplo confirmat Achab: « Evidentius, inquit, nobis testimonium dabit etiam rex ille impius, qui cupiditatis quidam suæ prædam uxoris nequitiâ quæsit, sed perturbatus ipsius sceleris immanitate pœnituit, et cilio circumdatus facinus suum flevit, atque ita erga se Domini misericordiam provocavit, ut à cunctis eum absolverit peccatis. Sic enim ait Deus ad Eliam: *Vidisti quomodo compunctus est Achab à facie meâ? Quia flevit in conspectu meo, non inducam mala in diebus ejus.* » His similia dicit, homil. 22 ad populum. Hoc idem Hieronymus, Epist. 50, ad Oceanum, ubi sic de pœnitentiâ Achab: « *O felix pœnitentiâ, quæ ad se Dei traxit oculos: quâ furentem Dei sententiam confesso errore mutavit!* » Hæc ferè iterat Epist. 46, ad Rusticum. Ambrosius lib. de Nabuthe cap. 17, mutatum dixit animum Achab per pœnitentiam, sed relapsus postea uxoris blanditiis. « Considera, inquit, quia Jezabel habuit uxorem, ejus ducebatur arbitrio, quæ evertit cor ejus, et nimis sacrilegiis execrabilem fecit, et hunc ejus pœnitentiæ revocavit affectum. » Nota postrema Ambrosii verba. Tertullianus lib. 4 adversus Marcionem cap. 10, cùm de virtute ageret pœnitentiæ, pœnitentiam Achab cum Davidis et Ninivitarum pœnitentiâ conjunxit. « *Lego et Nathan prophetam agnoscenti David delictum suum in Uriam dixisse: Et Dominus circumduxit delictum tuum, et non morieris.* » Proinde et Achab regem maritum Jezabel reum idololatriæ et sanguinis Nabuthe, veniam meruisse homicidii, et sanguinis pœnitentiæ nomine. »

Neque argumenta contra hanc cogitationem superius allata admodum premunt: fieri enim potuit, ut tunc verè pœnitentiâ compungeretur Achab, cui Dominus fuerit veniam lar-

CAPUT XXII.

1. Transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israel.
2. In anno autem tertio, descendit Josaphat rex Juda ad regem Israel.
3. Dixitque rex Israel ad servos suos: Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad,

gitus. Deinde verò ad ingenium vomitumque redierit, quia, ut dixit Theodoretus q. 60, homo erat levissimus, quique vel à suo, vel ab alieno judicio facilè mutabili in hanc atque in illam sententiam versaretur. Eandem rationem adduxit supra Ambrosius, cùm dixit eversum fuisse illius affectum à Jezabele, cujus ducebatur arbitrio. Neque facilè potuit jugum excutere quod uxor imposuerat, aut libertatem redimere, quam ante venderat. Quare cùm paratum haberet animum eo tempore, cùm sordidatus et demissus incederet, ad restituendam vineam, honoremque sublatum innocenti Naboth, ad eximendum è vinculis prophetam, ad confringenda idola, ac tandem illa accuratè præstanda, quæ ab eo exigeret pœnitentiæ ratio, non tamen, ut facere meditabatur, præstitit, quia ex transverso statim incurrit Jezabel, cujus operâ fuerat erepta vinea, et idolorum introducta religio, quæ quòd ipsa construxerat in ipso exordio, ab aliis dissolvi et aboleri noluit.

VERS. 29. — NONNE VIDISTI HUMILIATUM ACHAB CORAM ME? QUIA IGITUR HUMILIATUS EST MEI CAUSA, NON INDUCAM MALUM. Ex his verbis communiter Patres argumentum sumunt, ut dicant veram fuisse pœnitentiam Achab, neque aliter Deus dixisset humiliatum esse regem coram se. Quomodo enim coram Deo pœnitens, cujus est impœnitens animus, quem unum intuetur Deus? aut quomodo Dei causâ humiliatus ille, qui propter Deum non dolet, aut qui Deum non vult verâ pœnitentiâ placare? Paulò aliter legit Hieronymus Epist. 46 ad Rusticum: *Quoniam reveritus est Achab faciem meam.* Quæ verba pœnitentiam indicant non simulatam.

Non inducam malum in diebus ejus. Hic fuit pœnitentiæ fructus, ut grave illud malum, quod proximè annuntiârat propheta, ad filii tempus differretur, et aliquid, ut ante diximus, remitteretur de minaci vaticinio. Quare non necesse erit investigare anxie quomodo quæ rex in suum caput audivit ab Eliâ, ad unum fuerint exactè completa, cùm ex illis aliqua detraxerit Deus, aliqua in illius filii tempora distulerit.

CHAPITRE XXII.

1. Après cela trois ans se passèrent sans qu'il y eût guerre entre la Syrie et Israël.
2. Mais en la troisième année, Josaphat, roi de Juda, descendit vers le roi d'Israël;
3. Car le roi d'Israël avait dit à ses serviteurs: Ignorez-vous que la ville de Ramoth

et negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?

4. Et ait ad Josaphat: Veniesne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad?

5. Dixitque Josaphat ad regem Israel: Sicut ego sum, ita et tu; populus meus et populus tuus unum sunt; et equites mei, equites tui. Dixitque Josaphat ad regem Israel: Quære, oro te, hodiè sermonem Domini.

6. Congregavit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, et ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, et dabit eam Dominus in manu regis.

7. Dixit autem Josaphat: Non est hic propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eum?

8. Et ait rex Israel ad Josaphat: Remansit vir unus per quem possumus interrogare Dominum (sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum), Michæas filius Jemla. Cui Josaphat ait: Ne loquaris ita, rex.

9. Vocavit ergo rex Israel eunuchum quemdam, et dixit ei: Festina adducere Michæam filium Jemla.

10. Rex autem Israel et Josaphat rex Juda sedebant unusquisque in solio suo, vestiti cultu regio, in areâ, juxta ostium portæ Samariæ; et universi prophetae prophetabant in conspectu eorum.

11. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, et ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam donec deleas eam.

12. Omnesque prophetae similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, et vade prosperè, et tradet Dominus in manus regis.

13. Nuntius verò qui ierat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant: sit ergo sermo tuus similis eorum, et loquere bona.

14. Cui Michæas ait: Vivit Dominus! quia quodecumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar

en Galaad est à nous et que nous négligeons de l'enlever des mains du roi de Syrie?

4. Et le roi d'Israël dit à Josaphat: Venez-vous avec moi à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad?

5. Josaphat répondit au roi d'Israël: Vous pouvez disposer de moi comme de vous-même; mon peuple et votre peuple ne sont qu'un seul peuple, et ma cavalerie est votre cavalerie. Et il ajouta, en parlant au même roi d'Israël: Consultez aujourd'hui, je vous prie, la parole du Seigneur.

6. Le roi d'Israël assembla donc ses prophètes, qui se trouvèrent environ quatre cents, et il leur dit: Dois-je aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou me tenir en paix? Ils lui répondirent: Allez, et le Seigneur livrera la ville entre les mains du roi.

7. Josaphat lui dit: N'y a-t-il point ici quelque prophète du Seigneur, afin que par lui nous consultions le Seigneur.

8. Le roi d'Israël répondit à Josaphat: Il est demeuré un homme par qui nous pouvons consulter le Seigneur; mais je hais cet homme-là, parce qu'il ne me prophétise jamais rien de bon, et qu'il ne me prédit que du mal. *C'est* Michée, fils de Jemla. Josaphat lui répondit: O roi, ne parlez pas ainsi.

9. Le roi d'Israël ayant appelé un eunuque, lui dit: Faites venir promptement Michée, fils de Jemla.

10. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, étaient dans la cour, près la porte de Samarie, assis chacun sur leur trône, avec des habits d'une magnificence royale; et tous les prophètes des hauts lieux prophétisaient devant eux.

11. Sédécias, fils de Chanaana, s'était fait faire aussi des cornes de fer, et il dit: Voici ce que dit le Seigneur: Vous battrez avec ces cornes et vous agitez la Syrie jusqu'à ce que vous l'ayez toute détruite.

12. Tous les prophètes prophétisaient de même, et disaient: Allez contre Ramoth en Galaad, et marchez heureusement, et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

13. Celui qu'on avait envoyé pour faire venir Michée, lui dit: Voilà tous les prophètes qui dans leurs réponses prédisent tout d'une voix un bon succès au roi; que vos paroles soient donc semblables aux leurs, et que votre prédiction soit favorable.

14. Michée lui répondit: Vive le Seigneur! je ne dirai que ce que le Seigneur m'aura dit.

15. Venit itaque ad regem, et ait illi rex : Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit : Ascende, et vade prospere, et tradet eam Dominus in manus regis.

16. Dixit autem rex ad eum : Iterum atque iterum adjuro te ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.

17. Et ille ait : Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oves non habentes pastorem; et ait Dominus : Non habent isti dominum, revertatur unusquisque in domum suam in pace.

18. Dixit ergo rex Israel ad Josaphat : Numquid non dixi tibi quia non propheta tibi bonum, sed semper malum?

19. Ille verò addens, ait : Propterea audi sermonem Domini : Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris et à sinistris.

20. Et ait Dominus : Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi, et alius aliter.

21. Egressus est autem spiritus, et stetit coram Domino, et ait : Ego decipiam illum Cui locutus est Dominus : In quo?

22. Et ille ait : Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus : Decipies, et prævalebis; egredere, et fac ita.

23. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt, et Dominus locutus est contra te malum.

24. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, et percussit Michæam in maxillam, et dixit : Mene ergo dimisit Spiritus Domini, et locutus est tibi?

25. Et ait Michæas : Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris.

26. Et ait rex Israel : Tollite Michæam, et maneat apud Amon, principem civitatis, et apud Joas filium Amelech.

27. Et dicite eis : Hæc dicit rex : Mittite virum istum in carcerem, et susten-

15. Michée se présenta donc devant le roi; et le roi lui dit : Michée, devons-nous aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou y renoncer? Michée lui répondit : Allez, vous serez heureux, et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

16. Le roi ajouta : Je vous conjure au nom du Seigneur de ne me parler que selon la vérité.

17. Michée lui dit : *Voici ce que je vous dirai selon la vérité* : J'ai vu tout Israël dispersé dans les montagnes comme des brebis qui n'ont point de pasteur; et le Seigneur a dit : Ils n'ont point de chef, que chacun *donc* retourne en paix dans sa maison.

18. Aussitôt le roi d'Israël dit à Josaphat : Ne vous avais-je pas bien dit que cet homme ne me prophétise jamais rien de bon, mais qu'il me prédit toujours du mal?

19. Et Michée ajouta : Ecoutez la parole du Seigneur : J'ai vu le Seigneur assis sur son trône, et toute l'armée du ciel autour de lui, à droite et à gauche;

20. Et le Seigneur a dit : Qui séduira Achab, roi d'Israël, afin qu'il marche contre Ramoth en Galaad et qu'il y périsse? Et l'un dit une chose, et l'autre une autre.

21. Mais l'esprit *malin* s'avança et, se présentant devant le Seigneur, il lui dit : C'est moi qui séduirai Achab. Le Seigneur lui dit : Et comment?

22. Il répondit : J'irai, et je serai un esprit menteur dans la bouche de tous ses prophètes. Le Seigneur lui dit : Vous le séduirez, et vous prévaudrez; allez, et faites comme vous le dites.

23. Maintenant donc le Seigneur a mis un esprit de mensonge en la bouche de tous vos prophètes qui sont ici, et le Seigneur a prononcé votre arrêt de condamnation.

24. En même temps Sédécias, fils de Chanaana, s'approcha de Michée, et lui donna un soufflet, et lui dit : L'esprit du Seigneur m'a-t-il donc quitté, et n'a-t-il parlé qu'à vous?

25. Michée lui dit : Vous le verrez au jour où vous passerez dans le cabinet de votre chambre pour vous cacher.

26. Alors le roi d'Israël dit : Prenez Michée, qu'on le mène chez Amon, gouverneur de la ville, et chez Joas, fils d'Amelech.

27. Et dites-leur : Voici ce que le roi a ordonné : Renfermez cet homme dans la prison; et qu'on le nourrisse d'un pain de douleur et d'une eau d'affliction, jusqu'à ce que je revienne en paix

tate eum pane tribulationis et aqua angustiae donec revertar in pace.

28. Dixitque Michæas : Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait : Audite, populi omnes.

29. Ascendit itaque rex Israel et Josaphat rex Juda in Ramoth Galaad.

30. Dixit itaque rex Israel ad Josaphat : Sume arma, et ingredere prælium, et induere vestibus tuis. Porro rex Israel mutavit habitum suum, et ingressus est bellum.

31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens : Non pugnabitis contra minorem et majorem quempiam, nisi contra regem Israel solum.

32. Cum ergo vidissent principes curruum Josaphat, suspicati sunt quod ipse esset rex Israel, et impetu facto pugnant contra eum. Et exclamavit Josaphat.

33. Intellexeruntque principes curruum quod non esset rex Israel, et cessaverunt ab eo.

34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israel inter pulmonem et stomachum; at ille dixit aurigæ suo : Verte manum tuam, et ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.

35. Commissum est ergo prælium in die illa; et rex Israel stabat in curru suo contra Syros, et mortuus est vespere. Fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus.

36. Et præco insonuit in universo exercitu antequam sol occumberet, dicens : Unusquisque revertatur in civitatem et in terram suam.

37. Mortuus est autem rex, et perlatus est in Samariam; sepelieruntque regem in Samariâ,

38. Et laverunt currum in piscinâ Samariæ, et linxerunt canes sanguinem ejus, et habenas laverunt, juxta verbum Domini quod locutus fuerat.

39. Reliqua autem sermonum Achab, et universa quæ fecit, et domus eburnea quam ædificavit, cunctorumque urbium quas exstruxit, nonne hæc scripta sunt in

28. Michée lui dit : Si vous revenez en paix, le Seigneur n'a point parlé par moi. Et il ajouta : Peuples, tous tant que vous êtes, *soyez-en témoins*.

29. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, marchèrent donc contre Ramoth en Galaad.

30. Cependant le roi d'Israël, *qui savait que Bénadad en voulait particulièrement à sa personne*, dit à Josaphat : Prenez vos armes, et combattez avec vos habits *royaux*. Mais le roi d'Israël se déguisa avant de donner la bataille.

31. Or le roi de Syrie avait donné cet ordre aux trente-deux capitaines de ses chariots : Ne combattez contre qui que ce soit, ni petit ni grand; n'attaquez que le seul roi d'Israël.

32. Les capitaines des chariots, ayant donc vu Josaphat, s'imaginèrent que c'était le roi d'Israël, et, étant venus fondre sur lui, ils le combattaient. Alors Josaphat jeta un grand cri *vers le Seigneur*.

33. Et les capitaines des chariots reconnurent que ce n'était pas le roi d'Israël, et ne le pressèrent pas davantage.

34. Il arriva cependant qu'un homme, ayant tendu son arc, tira une flèche au hasard; et elle vint percer le roi d'Israël entre le poumon et l'estomac. Il dit aussitôt à son cocher : Tourne ta main, et retire-moi de la mêlée, parce que je suis dangereusement blessé.

35. Le combat *n'en dura pas moins* tout le reste du jour; et le roi d'Israël, *tout blessé qu'il était*, demeura dans son chariot, en face des Syriens. Or le sang coulait de sa blessure sur tout son chariot; et il mourut le soir.

36. Et avant que le soleil fût couché un héros sonna de la trompette dans toute l'armée, et dit : *Le roi est mort*, que chacun s'en retourne dans sa ville et dans son pays.

37. Le roi étant donc mort fut porté à Samarie, où il fut enseveli.

38. On lava son chariot et les rênes dans la piscine de Samarie; et les chiens léchèrent son sang, selon la parole que le Seigneur avait prononcée.

39. Le reste des actions d'Achab, et tout ce qu'il fit, la maison *enrichie* d'ivoire qu'il fit faire, et toutes les villes qu'il fit bâtir, sont écrites au livre des Annales des rois d'Israël.

libro Sermonum dierum Regum Israel?

40. Dormivit ergo Achab cum patribus suis, et regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

41. Josaphat verò filius Asa regnare cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israel.

42. Triginta quinque annorum erat cum regnare cœpisset, et viginti quinque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Azuba filia Salai.

43. Et ambulavit in omni viâ Asa patris sui, et non declinavit ex eâ, fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

44. Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

45. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel.

46. Reliqua autem verborum Josaphat, et opera ejus quæ gessit, et prælia, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

47. Sed et reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terrâ.

48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49. Rex verò Josaphat fecerat classes in mari quæ navigarent in Ophir propter aurum; et ire non potuerunt, quia contractæ sunt in Asiongaber.

50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat.

51. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David patris sui. Regnavitque Joram filius ejus pro eo.

52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samariâ, anno septimo decimo Josaphat regis Juda, regnavitque super Israel duobus annis.

53. Et fecit malum in conspectu Domini, et ambulavit in viâ patris sui et matris suæ, et in viâ Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

54. Servivit quoque Baal et adoravit eum, et irritavit Dominum Deum Israel juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

40. Achab s'endormit donc avec ses pères. Et Ochozias, son fils, régna en sa place.

41. Josaphat, fils d'Asa, avait commencé de régner sur Juda la quatrième année d'Achab, roi d'Israël.

42. Il avait trente-cinq ans lorsqu'il commença de régner, et il régna vingt-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Azuba, fille de Salai.

43. Il marcha dans toutes les voies d'Asa, son père, sans s'en écarter, et il fit ce qui était droit et juste devant le Seigneur.

44. Néanmoins il ne détruisit pas les hauts lieux; car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens au Seigneur.

45. Josaphat eut la paix avec le roi d'Israël.

46. Le reste des actions de Josaphat, tout ce qu'il fit, tous ses combats, sont écrits au livre des Annales des rois de Juda.

47. Il extermina aussi de la terre le reste des effémérés qui étaient demeurés pendant le règne d'Asa, son père.

48. Et il n'y avait point alors de roi établi dans Edom.

49. Or le roi Josaphat, se trouvant maître d'Elath et d'Asiongaber sur le golfe Elanitique, avait fait faire une flotte pour la mettre en mer, afin qu'elle fit voile en Ophir pour en apporter de l'or; mais ses vaisseaux ne purent y aller, parce qu'ils se brisèrent à Asiongaber.

50. Alors Ochozias, fils d'Achab, dit à Josaphat: Que mes serviteurs aillent en mer avec les vôtres. Mais Josaphat ne voulut pas.

51. Josaphat s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Joram, son fils, régna en sa place.

52. Ochozias, fils d'Achab, avait commencé de régner sur Israël dans Samarie la dix-septième année de Josaphat, roi de Juda, et il régna deux ans sur Israël.

53. Il fit le mal devant le Seigneur; il marcha dans la voie de son père et de sa mère, et dans la voie de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

54. Il servit aussi Baal, et l'adora; et il irrita le Seigneur Dieu d'Israël selon tout ce que son père avait fait.

VERS. 1. — TRANSIERUNT Igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israel. Ex quo superatus secundò fuit Benadab, nullum per tres annos movit bellum in Israel, neque fortassè moveret, aut pacti memor cum Israele percussi, aut quia attenuatas imperii vires nondum ad tanti belli molem confirmarat; donec Achab superiorum bellorum eventu insolentius inflatus, recuperare voluit Ramoth Galaad, quam Syri quondam ab Israelitarum regibus abstulerant. Hæc itaque fuit præsens belli causa, in cujus cogitationem ideò venisse videtur rex Israel, quia eo anno officii ac benevolentia gratiâ ad illum invisendum profectus fuerat Josaphat rex Juda, qui cum Achab et Jezabele infaustis planè auspiciis amicitiam affinitatemque contraxerat, ut habes lib. 2 Paralip. c. 18. In cujus adventu, ut suam in amicum fidem, et aliis suam majestatem ostenderet, lauto regem et populum, qui illum comitatus fuerat, exceperit convivio, arietibus, bobusque plurimis in eorum epulum occisis. Vide lib. 2 Paralip. nuper citatum caput, ubi idem, et eodem penè modo tractatur argumentum. (1)

VERS. 4. — ET AIT AD JOSAPHAT: VENIESNE MECUM AD PRELIANDUM? Affinitatem, ut diximus, contraxerat Josaphat cum Achab, quia Joram ipsius filius uxorem duxerat Athaliam filiam Achab: et ita sicut genus connubio, sic etiam res suas quodam modo, rationesque conjunxerat. Quare audacter Achab petit à Josaphat, ut secum ad repetendam Ramoth Galaad proficiscatur, sibi, quando certamen futurum

(1) VERS. 2. — DESCENDIT JOSAPHAT REX JUDA AD REGEM ISRAEL. Inter Josaphatum et Achabum res erant compositæ, quorum regum alter filiam Achabi duxisse creditur. Legimus in Paralipomenis, ut venit Samariam Josaphat, regio apparatu exceptum fuisse. Amicitiam hanc inter duos principes non probavit Deus, et quidem mira erat et insueta inter regem adeò pium, qualis Josaphat, et impium adeò principem, qualis Achab fuit. Brevi intellegemus, cui discrimini princeps religiosus expositus fuerit pro Achabo; alibi verò audimus, quàm acriter amicitiam hanc Deus per prophetam suum Josaphato exprobraverit. (Calmet.)

VERS. 13. — IGNORATIS, QUOD NOSTRA SIT RAMOTH GALAAD? Jacebat ad fontes Jaser, et in mediâ fermè longitudine montium Galaad, è meridie ad septentrionem. Juris erat regum Israelis, eamque rapuerant Syri præcedentibus regibus, et Achab restituerè detrectabant; sive quòd non recenseretur inter urbes à Benadado rege Syriæ usurpatas, quas tantum restituendas Benadad filius ejus sponderat; sive quòd alia esset retinenda illius causa, in Scripturâ non expressa. (Calmet.)

erat cum hoste fortissimo, auxilium præbeat. Quod prolixè promisit Josaphat, quia ex quo duæ illæ familiæ connubiali nexu copulatæ sunt, et reliqua facta communia, communes quoque esse debent equites et currus, et reliqui bellorum apparatus. Dixit tamen optare, ut nihil tentaretur novum inconsulto Domino: quod licet facere non solerent reges Israel, ex quo decem tribus à duabus aliis dissectæ sunt, faciebant tamen, et ante discessionem reges alii, et post illam, qui duabus aliis præfuerunt.

VERS. 6. — CONGREGAVITQUE REX ISRAEL PROPHE-TAS QUADRINGENTOS (1). Hi prophetae non erant veri, quos Spiritus afflaret divinus, sed falsi, quos instigabat dæmon, et Baalis nefariæ religioni præfecerat. Quod faciliè cognovit Josaphat, tum ex habitu externo, in quo distin-

(1) Non Dei, sed Baal sive dæmonis, ideòque pseudoprophetas, idololatrias et hæreticos. Hinc Lucifer Calarit., lib. 1 de Apostat. regibus, notat principes hæreticos suis adherere pseudoprophetis, id est, prædicantibus hæreticis, ac veros Dei prophetas despiciere, imò persequi et occidere, uti fecere Constantius, Valens, Julianus et alii, qui proinde à suis Arianis seducti miserè perierunt. (Corn. à Lap.)

Le roi d'Israël assembla donc ses prophètes, qui se trouvèrent environ quatre cents, et il leur dit: Dois-je aller à la guerre pour prendre Ramoth de Galaad? Achab est ici la figure de beaucoup de faux Chrétiens, qui feignent de consulter Dieu, et de rechercher à connaître sa volonté, lorsqu'ils ne veulent effectivement que suivre leurs propres desirs. Ce prince a déjà formé le dessein d'aller combattre le roi de Syrie, et lorsqu'on le presse de consulter le Seigneur sur cette guerre, il ne s'adresse qu'à ceux-là seuls qu'il sait être assez complaisants pour ne lui rien dire que d'agréable. Il témoigne de l'aversion des autres, qui avaient accoutumé de lui parler conformément à la vérité. L'application en est très-aisée à faire, et l'on ne voit tous les jours sous le règne de Jésus-Christ que trop de ces hypocrites qui feignent de vouloir suivre les saintes maximes de son Évangile, mais qui haïssent les vrais pasteurs qui les leur déclarent de sa part, et n'écoutent que ceux qui les trompent.

Quatre cents prophètes étaient appliqués à flatter Achab, et à le surprendre, lorsqu'un seul Michée lui disait la vérité. Et l'on peut dire de ce prince qu'il était dans la même disposition à l'égard de ce prophète du Seigneur, où les Juifs furent depuis à l'égard de Jésus-Christ, lorsqu'il leur demandait à eux-mêmes, pourquoi ils ne voulaient point le croire, puisqu'il leur disait la vérité. Sur quoi un grand saint leur met dans la bouche cette réponse très-sincère, qui fut aussi celle qu'Achab fit secrètement et dans son cœur à Michée: Nous refusons de vous croire pour cette même raison que vous nous dites la vérité, quia veritatem dicitis nobis. (Sacy.)